

vel spirituali, Zach. IX, ii. Luc. I, 79. Psalm. LXVIII, A 16. Col. I, 13. vel plenario ex omnibus malis: Jes. XXV, 8. Confer cap. XLIX, 25. Jerem. XXIX, II. 1. Cor. II, 9. 2. Cor. IV, 17.

USUS E VERSU II.

[1] *Rifus, tanquam gaudii peculiaris indicium, in se indifferens: vide autem, ne rifus tuus sit stolidus: Coh. II, 2. VII, 7. X, 10. Prov. XIV, 13. Sir. XXI, 29. XXVII, 14. Luc. VI, 25.*

[2] *Lingua in gaudiis solennibus repleatur non facetiis scurrilibus, sed jubilo sacrô. v. præc. II.*

[3] *Veritas quandoque etiam hostibus innotescit adeo, ut gentiles laudem tribuant nolentes volentes Deo vero.*

[4] *Huc gentium ad veritatem cælestem vocatio.*

[5] *Solus Deus est magnificus: facta tam creationis, quam providentie, redēctionis & salvationis exceedunt omnem humanum caput.*

[6] *Etiam si magna sint opera naturæ, majora tamen sunt opera gratiæ, cum illis, b. e. erga ecclesiam peculiariter declaratae.*

USUS E VERSU III.

(1) *Veritas, etiam à gentibus prolata, approbanda omnino ab ecclesiæ membris, ne ex libidine contradicendi concertatio suboriatur frivola.*

(2) *Ex beneficiis divinis solidum demum suboriri potest gaudium: Phil. IV, 4.*

USUS E VERSU IV.

(1) *Etiam si certo jam facta si promissio à Deo, (quomodo v. g. reducere ex Ægypto aut Babel, sanctè jamdudum erat prædicta) nihilominus piorum est, suspiria ejus rei causa ingeminare ad accelerandum eventum. L. de precib.*

(2) *Deus est, qui peccantes expellit, & qui resipiscentes etiam reducit. Deut. XXX, 1. seq.*

PSALMI CXXVII. DISPOSITIO.

Nil sine Deo fit prospere. Oeconomia bona.

Monstratur hic fons omnis ubique prosperitatis: I. in ecclesiasticis: quoad (1) domum sive templum extruendum, cuius (2) structores (3) laborant frustra, (4) Deo non edificante: v. 1.

II. In politicis: ubi (1) vigil (2) excubat frustra, (3) urbem (4) non custodiente Dominō: v. 1.

III. In oeconomicis: ubi (1) facultatum acquisitio, quoad (a) media inepta: tum

(3) *In hac vitâ, licet obtingat quandoque liberatio, manet tamen petitio: libera nos à malo: Matth. VI, 3. illuc plene restituemur: 1. Joh. III, 2. unde suspirandum: veni Domine Jesu! Apoc. XXII, 17.*

(4) *In Dei potestate est, aquas & tollere & restituere: sic etiam solatia necessaria.*

(5) *Meridionalis plaga diverso plane modo se habet à septentrionali, ratione aestus, humiditatis, maturacionis, fecunditatis, &c. Sic penes Dei solius arbitrium stat, dispensare sua dona locis, temporibus, personis &c.*

USUS E VERSU V.

[1] *Ordo divinitus institutus infert labores tum sationis, tum mesis: Genes. III, 19. VIII, 22.*

[2] *Quale quid homo serit, tale & metet: Gal. VI, 7. seqq. 2. Cor. IX, 6.*

[3] *Lacrymæ precedunt jubila letitiamque: Prov. XV, 33. XVIII, 12.*

[4] *Patienter igitur feramus adversa, gaudiumque speremus firmiter. præc. I. de patientiâ & spe.*

[5] *Futura præmia, instar mesis, longissime superabunt sementis grana.*

USUS E VERSU VI.

[1] *Multum ultro ciroque commeandum, dum bico laboratur.*

[2] *De lacrymis earumque causis multiplicibus in L. de Cruce.*

[3] *Sementem vel grana non estimare debemus, etiam si videantur omnia desperita, diuque delitescant absque fecunditatis indicio. Sic eleemosynas & reliqua pietatis opera semel exantata, hauquaque curant amplius pii, certi de promissa Dei benedictione, venturâ suo tempore 2. Timoth. IV, 8. Tob. III, 21. Jes. XXXV, 10.*

præproperæ surrectionis, tum seræ dormitionis. tum parœ refæctionis, ubi panis dolorum editur; (b) originem veram: dum Deus concedit somnum pacificum & cum hoc faciem desideratam omnigenam, cultori suo dilecto: v. 2. (c) Familiæ amplificatio: ubi (a) liberorum origo: sunt possesio ac præmium à Deo datum: v. 3. (g) commodum: sunt quasi sagitte in manu herois: v. 4. obtinebunt in portâ vel curiâ: v. 7.

PSALMUS CXXVII.

qui intelligit simul Messiam; sicut etiam in Cantico LXX. omittunt.

edificaverit dominum:] h.e. nisi successus largiatur Deus exoptatos, impedimenta removendo, architectis ac opificibus sapientiam concedendo, structuram stabiliendo regimen (tam privatum, quam publicum,) gubernando &c. cuncta erunt frustranea, haut aliter ac in structurâ turris Babylonica, itemq; palatiis mundi aliis, quæ vel incendiis, vel terræ motibus vel procellis, vel hostium invasionibus, vel mille modis aliis, fuere vexata ac inhibita. Ex textu hoc providentiam divinam circa hominum opera probat Chamer t. 2. panstr. 1. 2. c. 6 §. 8 f. 25. adducto Euthymio: nisi Dominus cooperatione sua adstiterit &c. & Carthusiano: nisi edificaverit principaliter operando, & artificibus efficaciam operandi præstando.

EXPLICATIO VERSUS I.

לְשָׁלֹמָן Salomonis:) ita Vulgatus, Campensis, Eusebius, Origenes (l. 3. peria. l. 3. c. 21.) ipsi Se- lomo, ita Pagninus, pro Salomo, i. e. in gratiam Salomonis; Vatablus, Junius, Piscator, (ut Psalm. LXXII, 1.) Kimchi (ut Gen. XX, 13. dic לְ de me, vel in mei gratiam, propter me.) A Davide sene hunc in gratiam Salomonis conscriptum, eidemque traditum fuisse, censem Cajetanus, Junius & Tremell. Sic & Aben Esra לְ per בעבור propter, ut Deuter. XXXIII, 8. item Syrus: אַמְּרִיר לְדוֹנִיד עֲשֵׂלִימָן dictus à Davide in Salomonem, videlicet eo ipso tempore, cum manifestasset Deus per Nathanem, se nolle templum sibi extrui à Davide, verum à Salomone filio, &c. uti occasionem, hanc assignavit Aben Esra. Per Salomonem Kim-